

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 8: De luxuria (6)

Aristoteles in libro de regimine dominorum ad Alexandrum:

Noli tua desideria inclinare ad coitum mulierum,  
quia coitus est quedam proprietas porcorum.  
Que igitur gloria erit tibi,  
si exerces vitium irrationabilium bestiarum et actus brutorum?  
Crede igitur indubitanter quod coitus est destructio corporis,  
abbreviatio vite, corruptio virtutum, legis transgressio,  
femineos generat mores,  
et ultimo illud malum inducit quod predixi.

O clemens imperator,  
noli te inclinare ad coitum mulieris,  
quia coitus est quedam proprietas porcorum.  
Que gloria est tibi ergo,  
si exerceas vitium irrationabilium bestiarum et actus brutorum.  
Crede mihi indubitanter, quia coitus est destructio corporis  
et abbreviatio vite, corruptio virtutum, legis transgressio,  
femineos mores generat  
et ultimo inducit illud malum, quod prediximus.

Pseudo-Aristoteles, *Secretum secretorum*, 14 (R. Möller ed., p.38).